UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

XXXVI. Confirmatur Decretum Congregationis Consistorialis, quo fuit declaratum, sub Constitutione Innocentii PP. XII. super Capitulationibus Sede Vacante initis, comprehendi etiam Monasteria & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74789

Visual Library

quiſquam ſe ipſorum Tribunali ſiſtit, ignorans quæ *neceſſitate medii* ſunt ad ſalutem neceſſaria; idipſumque præſtent & Parochi, antequam Sponſos Matrimonio conjungat: Patres familias, atque domorum Heri, ſerio moneantur de impoſita ſibi obligatione erudiendi per ſe, erudiendoſque curandi Chriſtianæ Doctrinæ præceptis filios, ſuoſque familiares: quibuſque in Diœceſibus receptus eſt, ſervetur, curetur-que recipiendus, ubi hactenus non obtinuit, uſus, juxta quem, ante, vel poſt Parochialem Miſſam, elata voce, per ipſummet Parochum recitantur Fidei, Spei, & Charitatis actus recte compoſiti, populo interim Parochi verba iterante. Nec etiam negligatur incumbens Parocho onus, quo feſtis diebus, niſi concionem ad populum habere, certe quidem ex Altari Evangelium ei explanare, ipſumque præcipua Sanctæ Religionis Noſtræ Myſteria, Dei præcepta, & Eccleſiæ, ac quidquid demum opus eſt, ut Sacramentorum digne particeps fiat, edocere tenetur. Veſtigia hæc ſectentur quoque Concionatores, quibus ſalutare illud iteretur monitum, ut adhortationibus inſtitutiones adjungant, quandoquidem utriſque indigent Auditores. Denique quænam ſit optima methodus in rudibus hominibus Chriſtiana Doctrina erudiendis, indigitatur a S. Auguſtino in libro de *Catechizandis rudibus cap.* 10. ubi inquit, proficuam præ cæteris eam eſſe, qua poſt explanationem, familiares inſtituantur interrogationes; ex familiari quippe interrogatione compertum ſit, an quæ quiſque audivit, mente perceperit, vel an potius iterata explanatione opus ſit, ut alieno captui res ſubjiciatur: *interrogatione quærendum eſt, utrum is, qui catechizatur, intelligat; & agendum pro ejus reſponſione, ut aut planius, & enodatius loquamur, aut quæ illis nota ſunt, non explicemus latius &c. Quod ſi nimis tardus eſt, miſericorditer ſuccurrendus eſt, breviterque ea, quæ maxime neceſſaria ſunt, ipſi potiſſimum inculcanda.* Illud nobis perſuaſum eſt, fore, ut longe plura ipſi perſequamini, quàm Encyclicis hiſce Litteris Noſtris vobis indigitamus. Interim vobis, Venerabiles Fratres, concreditoque ſollicitudini veſtræ Gregi, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Pro methodo docendi Doctrinam Chriſtianam probatur uſus interrogationis poſt explanationem.

Datum ex Arce Caſtri Gandulphi die 26. Junii 1754. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

Dat. 26. Junii 1754. Pont. an. 14.

Tribunale ignorando le coſe neceſſarie *neceſſitate Medii* per ſalvarſi; e che lo ſteſſo ſi faccia anche da' Parrochi prima di congiungere in Matrimonio quelli, che vogliono maritarſi. S'inculchi a i Padri di famiglia, e Padroni delle Caſe, l'obbligo d'iſtruire, e fare iſtruire i loro Figli, e Famigliari nella Dottrina Criſtiana: E nelle Dioceſi, nelle quali è introdotta la diſciplina, ſi proſiegua, e dove non è introdotta, s'introduca, che prima, o dopo la Meſſa Parrochiale, ſi dicano ad alta voce, ed adagiatamente, dal Parroco iſteſſo, gli Atti di Fede, Speranza, e Carità, ben compoſti, ripetendo il Popolo le parole del Parroco. Non ſi traſcuri l'adempimento dell' obbligo, che ha il Parroco, ſe non di predicare ne' giorni feſtivi, almeno di eſporre dall' Altare al Popolo l'Evangelio, e d'iſtruirlo de' Miſterj principali della noſtra Santa Religione, de' precetti di Dio, e della Chieſa, e di quanto è neceſſario per degnamente ricevere i Santi Sagramenti. Si battano le ſteſſe pedate da' Predicatori, a' quali ſi dia il ſalutare avvertimento di unire all' eſortazione, l'iſtruzione; avendo gli Uditori biſogno dell' una, e dell' altra. Il metodo finalmente d'inſegnare a i rozzi la Dottrina Criſtiana viene additato da S. Agoſtino nel libro *de Catechizandis rudibus al Cap.* 10.: ove dice, eſſere utiliſſimo quello delle famigliari interrogazioni, dopo aver fatta la ſpiegazione; ricavandoſi dalla famigliare interrogazione, ſe chi l'ha udita, l'ha capita, e ſe per farla capire v'è biſogno d'altra ſpiegazione: *Interrogatione quærendum eſt, utrum is, qui catechizatur, intelligat; & agendum, pro ejus reſponſione, ut aut planius, & enodatius loquamur, aut quæ illis nota ſunt, non explicemus latius &c. Quod ſi nimis tardus eſt, miſericorditer ſuccurrendus eſt, breviterque ea, quæ maxime neceſſaria ſunt, ipſi potiſſimum inculcanda.* Teniamo per certo, che ſi farà ſempre da voi più di quello, che non queſta noſtra preſente Lettera Circolare vi additiamo. Ed intanto con pienezza di cuore diamo a voi, Venerabili Fratelli, ed al Gregge alla voſtra cura commeſſo, l'Apoſtolica Benedizione.

Nell'inſegnare la Dottrina ſi loda l'uſo d'interrogare dopo la ſpiegazione.

Datum ex Arce Caſtri Gandulphi die 26. Junii 1754. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

Scritta li 26. Giugno 1754. del Pont. XIV.

XXXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Conſiſtorialis, quo fuit declaratum ſub Conſtitutione Innocentii PP. XII. ſuper Capitulationibus Sede Vacante initis, comprehendi etiam Monaſteria & Collegia utriuſque ſexus, necnon eadem Conſtitutione prohiberi quaſcumque pactiones, & Capitulationes, etiam per ſe honeſtas & licitas.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificis cura in iis confirmandis, quæ provide ſunt conſtituta.

Pastoralis regiminis ſolicitudo ex alto Nobis immerentibus commiſſa exigit, ut non ſolum curemus novas leges, ſi quando rerum conditio, aut neceſſitas poſtulat, condere; ſed etiam ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris provide ac ſalubriter conſtituta ſunt, Apoſtolicæ confirmationis robore communire.

Decretum Congregationis Conſiſtorialis refertur

§. 1. Aliàs ſiquidem a Congregatione rebus Conſiſtorialibus præpoſita emanavit Decretum tenoris ſequentis, videlicet. Cum ſan. mem. Innocentius PP. XII. per Conſtitutionem editam die 22. Septembris 1695., quæ incipit *Eccleſiæ Catholicæ*, innovatis etiam pluribus aliorum Prædeceſſorum Pontificum ſanctionibus, diſtricte interdixerit, ne, occurrente Eccleſiarum, ſive Monaſteriorum quorumvis vacatione, pactiones ullæ, ſive capitulationes, aut concordata, aut ſtatuta, adverſus Sacrorum Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitionem, ab iis, ad quos perſonarum præficiendarum electio pertinet, ante electionem, vel poſtulationem fiant; &, ubi nihilominus inita fuerint, ea prorſus irrita, & invalida, nec obſervanda eſſe, etiamſi juramento munita fuiſſent, declaraverit, & decreverit; quæ vero poſt electionem ſeu poſtulationem fieri contingeret, ea ad Romanum Pontificem deferri, ejuſque judicio ſubjici, ſuſpenſa interim eorum executione, donec a Sede Apoſtolica impetrata fuerit confirmatio, præceperit, prout in memorata Conſtitutione uberius continetur; dubitatum vero fuerit, primò, an ſub ea comprehendantur etiam Monaſteria fœminarum, vel Capitula, ſeu Collegia, quæ juxta nonnullarum Provinciarum conſuetudinem, ſunt mixta ex maribus & fœminis, ſub unius Abbatiſſæ, ſeu Præpoſitæ, ſive Prioriſſæ regimine; ſecundo,

Innocentii PP. XII. Conſtitutio vetat Sede Vacante quaſcumque Capitulationes contra Sacros Canones ante electionem initas.

Quæ vero poſt electionẽ factæ fuerint, jubet judicio ſubjici Rom. Pontificis.

Dubitatum, an ſub ea Cõſtitutione cõprehendantur etiam Monaſteria Fæminarum, & Collegia utriuſque ſexus.

Et an etiam non illicitæ pactiones prohibeātur?

ſecundo, an prædicta Conſtitutio eas etiam afficiat pactiones, quæ in Eccleſiarum, vel Monaſteriorum ipſorum utilitatem cedunt, vel quæ alioquin, ſi per ſe ſpectentur, non judicantur illicitæ.

Cēſuit Congregatio prædicta, Monaſteria ſeu Collegia prædicta cōprehendi.

§. 2. Hinc ad tollendas hujuſmodi dubitationes, & animarum pericula tutius ſubmovenda, Congregatio particularis Conſiſtorialis, a Sanctiſſimo Domino Noſtro deputata, cenſuit, ſi Sanctitati Suæ videbitur, declarandum, & decernendum, ſub præmiſſa Conſtitutione Innocentii XII., ejuſque omnibus præſcriptionibus, etiam quoad inflictas pœnas, omnino comprehendi etiam Monaſteria, vel Capitula, ſeu Collegia mixta ex utriuſque ſexus perſonis, regimini, vel juriſdictioni unius Abbatiſſæ, ſeu Præpoſitæ, ſive Prioriſſæ ſubjectis, ac de ejuſmodi etiam Monaſteriis, Capitulis, ſive Collegiis præfatam Conſtitutionem eſſe intelligendam, perinde ac ſi de iis quoque expreſſa, & ſpecialis mentio habita fuiſſet: Adeoque pactiones, Capitulationes, concordata, ſeu ſtatuta quæcumque hujuſmodi, occaſione electionis perſonæ prædictis Monaſteriis, ſive Capitulis, & Collegiis præponendæ, tum facta, tum quæ deinceps fieri contingeret, tametſi interpoſita jurisjurandi religione roborata, omnino obnoxia eſſe, & fore prohibitioni, nullitati, pœnæ, ceteriſque omnibus, & ſingulis ordinationibus, decretis, & declarationibus reſpective in ea, ut præfertur, Conſtitutione contentis, &, quatenus opus ſit, ad hujuſmodi etiam Monaſteria, vel Capitula, ſive Collegia mixta ex utriuſque ſexus perſonis, præfatam Conſtitutionem eſſe extendendam.

Et prohiberi licitas etiam pactiones, ſi ante electionem fuerint initæ.

§. 3. Præterea, cum valde Eccleſiaſticæ diſciplinæ interſit omnem ambitioſæ cupiditati aditum præcludere, ac providere, ne ullo modo etiam indirecte, læſa remaneat libertas eligendi perſonas magis dignas, magiſque idoneas, quæ aſſentiri forſan recuſarent iis pactionibus, quibus aliæ minus idoneæ, ad obtinendum electionis commodum, annuerent; ſimiliter declarandum, & decernendum cenſuit, memorata Conſtitutione affici eas etiam pactiones, ante electionem, vel poſtulationem initas, quæ cæteroquin Eccleſiis ipſis, vel monaſteriis utiles ſint, vel quæ intrinſecus, & per ſe conſideratæ, nullam mali ſuſpicionem redoleant, ſed quæ ideo malæ ſunt, quia jure humano, & per Sacros Canones ſive Apoſtolicas Conſtitutiones, ac præſertim illam Innocentii XII. interdicuntur: Quo vero ad eas, quas poſt electionem vel poſtulationem fieri contingeret, ſervandam itidem eſſe memoratam Innocentii XII. Conſtitutionem, ut ſcilicet illæ ſtatim ad Summum Pontificem deferantur, & Sedis Apoſtolicæ judicio ſubjiciantur, ſuſpenſa interim earum executione, donec ab eadem Sancta Sede, ſine cujus auctoritate nihil omnino in ſimilibus paciſci fas eſt, confirmationis robur in totum, vel in partem obtinuerint. Facta autem per me infraſcriptum præfatæ Congregationis Secretarium de præmiſſis relatione Sanctiſſimo Domino Noſtro, ejuſdem Congregationis ſententiam Sanctitas Sua approbavit, atque ita ab omnibus, ad quos pertinet, perpetuo, & inviolabiliter ſervari, & judicari mandavit, cum omnibus etiam derogationibus præfatæ Conſtitutioni Innocentii XII. inſertis; nec non Litteras Apoſtolicas in forma Brevis ſuper præſentis Decreti confirmatione, & approbatione expediri juſſit.

Si vero poſt, Sedis Apoſtolicæ judicio eſſe ſubjiciendas.

Datum Romæ hac die 16. Auguſti 1727.

P. Cardinalis Corradinus.

Dominicus Rivera dictæ Congreg. Secretarius.

Loco ✝ Sigilli.

Hoc Decretum Apoſtolica auctoritate roboratur.

§. 4. Hujuſmodi autem tam providum, ac ſalubre Decretum, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, tenore præſentium, Apoſtolica auctoritate approbamus, & confirmamus, ac de novo, quatenus opus ſit, ſtatuimus, & innovamus, atque illud ab omnibus cujuſcumque ordinis, gradus, ſtatus, ac dignitatis, in perpetuum ſervari, & cuſtodiri præcipimus, & mandamus: decernentes, eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus.

Et illius perpetuæ firmitati conſulitur, non obſtātibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xv. Julii MDCCLIV. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

Dat. die 15. Julii 1754. Pontificatus XIV.

D. Card. Paſſioneus.

XXXVII.

Ne Chriſtifideles ſub Turcarum ditione verſantes, ad occultandam Chriſtianæ Religionis profeſſionem, Mahumetana Nomina ſibi imponant, iiſque ſe compellari patiantur.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, necnon dilectis Filiis Parochis, & Miſſionariis, Provinciæ Albaniæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Iterata decreta, quibus vetitū Chriſtifidelibus quamcūque ob causā Mahumetana nomina aſſumere.

Quod Provinciale Concilium Albanum Provinciæ veſtræ, Venerab. Fratres, Dilecti Filii, Anno MDCCIII. ſub fel. rec. Clemente Papa XI. Prædeceſſore noſtro celebratum, inter cætera, Canone tertio ſanctiſſime ſtatuerat, nimirum ne Turcica, ſeu Mahumetana Nomina, ſive parvulis, ſive adultis in Baptiſmate imponerentur; neve Chriſtifideles Turcicis, ſeu Mahumetanis Nominibus, quæ nunquam ſibi impoſita fuerant, ob quamcumque vel tributorum exemtionem & immunitatem, vel liberi commercii commodum, vel evitandarum pœnarum cauſam, ſe nuncupari paterentur: id ipſum, inter cætera, Nos quoque commendantes, confirmavimus, ac ſervandum præcepimus in noſtra Encyclica Epiſtola, cujus initium eſt -- *Inter omnigenas*, pro Regno Serviæ, & finitimis Regionibus, ſuper pluribus Religionis ac diſciplinæ capitibus die xi. menſis Februarii Anno MDCCXLIV. * Pontificatus Noſtri Anno Quarto edita. Providum igitur, ac ſalutare ejuſmodi ſtatutum ab Anteceſſoribus veſtris tanta cum ſapientia ac religione conditum, & tamquam luculentum Catholicæ Fidei, ſinceræque veſtræ chriſtianæ pietatis exemplum, aliis ad imitandum & omnino cuſtodiendum a Nobis diſtricte præceptum, quemadmodum in Provinciæ veſtræ majorem gloriam & exiſtimationem, majoremque conſequendæ æternæ animarum ſalutis utilitatem, ita ſi negligi forte contingat, in majus ejuſdem veſtræ Provinciæ dedecus, apertumque animarum diſcrimen redundare videtur.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 173.

Eorum quippe uſus mendacium in re graviſſima, & virtualem fidei negationē continet.

§. 1. Nos autem, qui abuſum illum in prædicta Epiſtola noſtra tamquam turpem chriſtianæ profeſſionis occultationem ad infidelitatem